

Et exsultávit *spí-ri-tus* **me-us** * in De-o sa-lu-tá-ri **me** - o,
quia respéxit humilitátem *ancíllæ* **suæ**. *

Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes *generatiónes*,
quia fecit mihi *magna*, *qui potens* est, *

et sanctum *nomen* eius,
et misericórdia eius in *progénies et progénies* *
timéntibus eum.



Fecit poténtiam in *bráchio suo*, *
dispérsit supérbos mente *cordis sui*;
depósuit *poténtes de sede* *
et exaltávit **húmiles**;
esuriéntes *implévit bonis* *
et dívites dimísit *inánes*.

Suscépit Israel *púerum suum*, *
recordátus *misericórdiæ suæ*,
sicut locútus est *ad patres nostros*, *
Abraham et sémini *eius in sáecula*.


Glória *Patri, et Fílio*, *
et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, *et nunc et semper*, *
et in sáecula *sæculórum*. **Amen**.


ANTIPHONA B. MARIE VIRGINIS



stella maris, succúre cadénti, súrgere qui curat pópulo: Tu quæ



genuís-ti, natúra miránte, tuum sanctum Genitórem: Virgo prius ac



postérius Gabri-é-lis ab ore, sumens illud Ave, peccatórum miserére.

AD II VESPERAS IN NATIVITATE DOMINI

SECUNDUM ANTIPHONALE ROMANUM II – EMENDATUS

INTRODUCTIO

D E-us, in adiu-tórium meum inténde. **R.** Dómine, ad
ad-iuvándum me fes-tí-na. Glóri-a Patri, et Fí-li-o, et Spirítu-i
Sancto. Sicut erat in princípi-o, et nunc, et semper, et in
sæcu-la sæcu-lórum. A-men. Al-le-lú-ia.

HYMNUS

I **C** Hriste, redemptor ómni-um, ex Patre Patris U-ni-ce,
solus an-te princí-pium natus in-ef-fa-bí-li-ter, **2.** Tu lumen,
tu splendor Patris, tu spes perénis ómni-um, inténde quas
fundunt preces tu-i per orbem sér-vu-li. **3.** Sa-lútis auctor,
réco-le quod nostri quondam córporis, ex il-li-bá-ta Vírgi-ne

quia in ipso compláuit omnem plenitúdinem habitáre *
et per eum reconciliáre ómnia in ipsum,
pacíficans per sánguinem crucis eius, *
sive quæ in terris sive *quæ in cælis* sunt. †

Glória Patri, et Fílio, *
et Spirítui Sancto.
Sicut erat in princípio, et nunc et semper, *
et in sæcula sæculórum. Amen.

RESPONSORIUM BREVE

VI **V** Erbum ca-ro factum est, **R.** Al-le- lú-ia, al-le- lú-ia.
Et ha-bi-távit in no-bis. **R.** Al-le- lú-ia, al-le- lú-ia.
Glóri-a Patri et Fí-li-o, et Spirí-tu-i Sancto. **R.** Verbum

AD MAGNIFICAT

I g² **H** O-di-e * Christus natus est; hódie Salvátor appáru-it;
hódie in terra canunt ánge-li, lætántur archánge-li; hódie
exsúl-tent iusti, dicéntes: Glóri- a in excélsis De-o, al-le-lú-ia.
Magní-ficat * á-nima me-a Dóminum.

ANTIPHONA 3

VIIIg

I N princi-pi-o * et ante sæcu-la Deus e-rat Verbum:

† ip-se natus est nobis Sal-vá-tor mundi.
 – Quæ antiphona repetitur infra conticum a signo †

CANTICUM

Col 1, 12-20

Grátias a-gá-mus De-o Pa-tri, * qui i-dónes nos fecit in par-

tem sortis sanctórum in lú-mi-ne; † u-nivér-sa
 qui erípuit nos de potestáte tenebrárum *
 et tránstulit in regnum Fílii dilecti-ónis suæ,
 in quo habémus redempti-ónem, *
 remissi-ónem peccatórum; †

qui est imágo Dei invisíbilis, *
 primogénitus omnis creatúræ,
 quia in ipso cóndita sunt univér-sa †
 in cælis et in terra, *
 visibília et invisibília,
 sive throni sive dominati-ónes *
 sive principátus sive potestátes. †

Omnia per ipsum et in ipsum creáta sunt, †
 et ipse est ante ómnia, *
 et ómnia in ipso constant. †

Et ipse est caput córporis ecclésiæ, †
 qui est princípium, primogénitus ex mórtuis, *
 ut sit in ómnibus ipse primátum tenens,

nascéndo, formam sumpseris. 4. Hic præsens testá-tur di-es,
 currens per anni círculum, quod solus a se-de Patris mundi
 salus ad-vé-neris; 5. Hunc cælum, terra, hunc mare, hunc omne
 quod in e-is est, auctórem adventus tu-i laudat exsúltans
 cán-ti-co. 6. Nos quoque, qui sancto tu-o redémpti sumus
 sán-quine, ob di-em na-tá-lis tu-i hymnum novum concí-
 nimus. 7. Iesu, ti-bi sit glóri-a, qui natus es de Vírgi-ne,
 cum Patre et al-mo Spí-ri-tu, in sempitérna sæ-cu-la. A-men.

ANTIPHONA 1

T *I g*
E-cum prin cí-pi-um * in di-e virtútis tu-æ, in splen-
dó-ribus sanctórum, ex ú-te-ro ante lu-cí-ferum génu-i te.

PSALMUS 109

Dixit Dóminus Dó-mi-no me-o: * »Se-de a *dextris* me-is,
† tu-æ,

donec ponam inimícos tuos *
scabéllum pedum tuórum». Virgam poténtiæ tuæ emítet Dóminus ex Sion: *
domináre in médio inimicórum tuórum. Tecum principátus in die virtútis tuæ, †
in splendóribus sanctis, *
ex útero ante lucíferum génuí te. Iurávit Dóminus et non pænitébit eum: *
»Tu es sacerdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech«. Dóminus a dextris tuis, *
conquassábit in die iræ suæ reges. De torrén-te in via bíbet, *
proptérea exaltábit caput. Glória Patri, et Fílio, *
et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, *
et in sácula sæculórum. Amen.

ANTIPHONA 2

A *II* a*
-pud Dó-minum * mi-se-ri-córdi-a, et co-pi-ó-sa
a-pud e-um redémpti-o.

PSALMUS 129

De profúndis clamá-vi ad te, Dó-mine; * Dó-mine, ex-áu-di vocem
me-am † Dó-mi-no,

Fiant aures tuæ intendéntes *
in vocem deprecationis meæ. Si iniquitátes observáveris, Dómine, *
Dómine, quis sustinébit? Quia apud te propitiátio est, *
ut timeámus te. Sustínui te, Dómine; *
sustínuit ánima mea in verbo eius; sperávit ánima mea in Dómino *
magis quam custódes auróram. Speret Israel in Dómino, †
quia apud Dóminum misericórdia, *
et copiósa apud eum redémptio. Et ipse rédimet Israel *
ex ómnibus iniquitátibus eius. Glória Patri, et Fílio, *
et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, *
et in sácula sæculórum. Amen.